



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Florentius Eremita 23. Maii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

S. FLORENTIUS EREMITA

23. Maii.

Nescitis, cuius Spiritus estis.

Luc. 19.

UT umbra corpus, aurum scoria, aërem nebula obfufcant, ita etiam in viris virtute provectis quod eorum splendore inumbret, reperies. FLORENTIUS asceta famofus, in folitudine fua urfum fibi ad omnia obfequentem raro exemplo habuit; at verò ferale hoc famulitium invidere illi aliqui è vicinia. Quatuor coenobitæ erant, qui, ut homini malè facerent, beftiam occidere. Sensit FLORENTIUS urfi fui nemini noxij, fibi autem perutilis necem, adeo ut etiã Eutichii Præfulis excufatione nihil placat⁹, percufforibus à deo pœnam fit imprecatus, qui, quantumvis ad propriam offenfam tardè irafci folitus, iufti vota mox audivit, & quatuor illi foedâ leprâ percuffi fine remedio computruere. Vidit tum demum FLORENTIUS, fe doloris impetu abreptum, ipfo urfo fuo inhumanum fuiſſe magis. Serò Pœnituit, non ignoviſſe divino more, fed malum minus majore cumulafſe.

& IV.

& IV. hominum, qui feram unam straverant, factum esse homicidam. Atque hæc sancto viro plangendi materies ad mortem usque fuit, timuit nempe, ne implacabilem illic experiretur iudicem, qui in ludentes se tam immitis fuerat. *Ex Dial. S. Greg.*

M E D I T A T I O

De dominio affectuum amoris
& iræ.

1. **D**Uobus præcipue affectibus inquietum est cor nostrum, amore & irâ; in utroque inpegit FLORENTIUS. Ursam pro puppâ suâ amavit infantilis in amando Senex: qui cætera omnia reliquit propter Christum, tam tenaci affectu adhæsit deformi bellæ, ut separari non posset sine magnâ impatientiâ. Perpende sis amoris tui objecta & causas amandi, an elevent ad Deum, an in terram animam incurvent & cave scintillam amoris, qui sæpe totum animi thesaurum irrestinguibili consumit incendio.

2. Occiso Urso vir alioquin mitissimus irascitur. FLORENTIUS an putas quia justè irasceris tu? at ursum occidere gaudium meum! Heu quantum damnum pretiosæ (scilicet) bellæ! quàm sæpe putamus zelum esse, & impatientiæ rationi rebellantis affectus est. Discute irarum tuarum causas & observa mansuetissimi Regis monitum. *Psal. 4. Irascimini & nolite peccare.*

3. Quam

3. Quam grata fuerit Florentio Urli mansuetè famulantis officia! Sis à natura ferox (utcumque pretendis, & tuam excusas ingenitam austeritatem) non eris Urlo ferocior: cur non assuetudine mansuescere posses? Sed & cogita S. FLORENTIUM, qui belluam famulantem habuit, sanctius dominium in affectus suos exercere debuisse, tam sancti errore disce etiam primis motibus resistere, ne efferentur animi passioncs. *Principium quantitate est minimum, potestate maximum: docet Aristoteles.*

S. SIMEON STYLITES, JUNIOR

24. Maii.

Multi ambulant --- quorum finis interitus est, & quorum Deus venter est --- nostra autem conversatio in caelis est; unde salvatorem expectamus Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostra. ad Philip. c. 3.

Hominem caelestem, an terrestrem Angelum SIMEONEM malis dicere, tantò magis dubitabis, quantò rectius noveris. *Votis parentum concessus, futurae sanctitatis*

tis